



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 139. Gandavenses puniti

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

ius vehementiori vindictæ studio exarsæcul. XV.  
ferunt. A.C. 1453.

## §. CXXXIX.

*Gandavenses puniti.*

Cum autem primo Ripelmundæ, ac de-  
mum Graviæ desideratis fuorum vi-  
ginti millibus gemina clade profligati es-  
sent, adeo viribus contriti permanserunt,  
ut deditionem efflagitare compellerentur.  
Igitur duo millia hominum nudis pedi-  
bus, detectoque capite, omnesque urbis  
Senatores, Consules, atque Ministri, non-  
nisi interulam indati, solidam leucam Du-  
ci, ejusque filio obviam progressi, utrius-  
que clementiam exorabant; quam qui-  
dem a Duce impetrarunt, ea tamen lege,  
ut illam urbis portam, qua ad Ripelmunda-  
num prælium egressi sunt, muro in per-  
petuum obstruerent; quadringenta mil-  
lia Ducatorum penderent; cunctaque  
vexilla Duci offerrent, ejusdem arbitrio  
committenda; denique suas consuetudi-  
nes ac privilegia immutari paterentur.

## §. CXL.

*Fœdus Galliarum Regis cum  
Helvetiis.*

Anno ad mensem Aprilem vergente, *Jo. Chart. Hist. Car. VII.*  
Galliarum Rex ab omni Anglorum  
metu solutus, cum Helvetiis fœdus san-

Cc 5

xit,